



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 50. Belli progressus inter ambos Granatensium Regess

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. suburbium est a reliquo civitatis ambitu
 A.C. 1486. discretum, pervenit, atque illud nullo
 quidem suorum dispendio ingressus est, Muleyus tamen ejus Patruus Alhambræ muros omni ex parte tot munitio-
 nibus firmabat, ut Juveni Principi hostem suum inde propellendi omnis spes succisa esset.

§. L.

Belli progressus inter ambos Granatensium Reges.

Marian. l. c. Muleyus, quod securitati suæ optime prospexisset, haud contentus, Nepotem suum Albayzino propellere decrevit; ergo hostem suum adoritur, & ob-
 dione jamjam in quinquagesimum diem effluente Rex adolescens ad angustias re-
 ductus, missis ad Ferdinandum fecialibus subsidia petiit, obtinuitque sclopentarios quingentos, qui ductore Ferdinando Henriquez impune Albayzinum ingressi sunt. Demum ipse Ferdinandus valido milite cinctus, Malacæ-Veliam versus contendit, eamque toto armorum apparatu obsedit: Unde Granata ingenti terrore concussa est, omnibus incolis sibi firmiter persuadentibus, capta hac urbe, cum Juvenis Rex jamjam Albayzinum occupasset, simul reliquam regni partem non evitanda ruinæ necessitate deper-

deperditum iri. Muleyas hoc periculo Sæcul. XV.
A.C. 1486.
 territus, missis ad Nepotem suum Orato-
 ribus pacis condiciones offert, quas si ac-
 ceptasset, copiose suis commodis, atque
 opportune rebus suis paulo ante despe-
 ratis prospexisset; ast intempestiva per-
 tinacia seductus, quascunque propositas
 concordiae leges respuit, cum animo con-
 stituisset, quod sibi soli Granatæ regnum
 vindicaret, nec unquam in partem au-
 thoritatis Regiæ suam admitteret Pa-
 truum, quem velut illius Usurpatorem
 atque tyrannum habebat.

§. LI.

*Quidam a Lusitanicæ Rege in Æthio-
 piam missi.*

Joannes II. Lusitanicæ Rex recens dete- Ludolf. Hist.
Æthiop. l. 2.
c. 1.
 & orbis felicitate stimulatus, spes suas
 extendit ad novas ejusmodi inventiones,
 huncque in finem Anno Domini mil-
 lesimo quadringentesimo octogesimo se-
 ptimo Petrum Covillanum & Alphon-
 sum Payvam in Indias misit, quorum u-
 terque Regis vasallus, & linguæ Arabicæ
 peritus erat. Porro itineris hujus præci-
 pius erat finis, ut omni solertia inquire-
 rent in quemdam Christianum Princi-
 pem, quem, Presbyterum Joannem no-
 mine, in Indiis divitiis ac potentia spe-
 ratissimum Asiæ Regem esse, rumor fe-
 rebat;